



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Miraculum de ligno donato Abbati Brochæ Aegyptio. Capvt. CXC.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

gitauit quod Deus esset, & idcirco homicidiorū auctōr fui? Vocans autē illos ad se per fenestram cellulæ dixit eis: Ego latro sum & cædium patrator, quamobrem quacunque hora præfectus venerit, ad mortem vt homicida ducendus sum. Considerans vero pudicum consilium vestrum, compunctus sum. Itaque pergite, & in loco illo ciuitatis fodite, & accipite quas inueneritis pecunias, cumq; persolueritis debitum, plurima etiam benedictio remanebit vobis, & orate pro me, vt & ego inueniam misericordiam. Post paucos autē dies ingressus ciuitatē p. æses latronem e. d. i. iussit & decollari. Sequenti autē die dixit mulier viro: Si iubes mi Domine, vadam ad locū, quem deontauit latro, si fortē vera sint, quæ ille persecutus est. Qui ait: vt tibi videtur facito. Illa verò sumpto breui sarculo, vespere ad locum abiit, & fodiens ollam inuenit diligentissimè ope tam, sumensq; illam profecta est. Prudenti vero vsā consilio paulatim creditorib. reddebat debita, vt ex hoc ab alijs pecuniā mutuari putaretur. Impleuit autem omnem debiti solutionē, virumq; de carceris custodia eduxit. Dicebat autem qui ista narrauit: Ecce quoniā seruauerūt isti mandatū domini nostri, magnificauit & ipse in eis misericordiam suā.

*Miraculum de ligno donato Abbati Brocha*

*Aegypt. o.*

C A P V T. C X C.

**N**arrauit nobis Athanasius Antiochenus de Abbate Brocha Aegyptio, dicens: Cum venisset vir ille ex Aegypto in Seleuciam que prope Antiochiam est, inuenit extra ciuitatem locum desertum, quærebatq; construere sibi in eo breuem cellulam. Quam cum exstruxisset, neque

haberet vnde illam operiret, ingressus urbem de quadam inuenit Anatolium, qui cognominatus est curuus, Seleucia & Antiochia vnum ex primarijs, sedentem extra domus suae limen, dixitq; ei: Fac Domine charitatē, & da mihi ligna modica, vt tegam cellulam meam. Ille verò maximè indignans ait illi: Ecce lignum tolle & discede, ostendens illi trabem maximā, quam habebat iacentē ante domum suam, de qua facta esset arbor nauis onerariae quinquaginta millium. Ait illi Abbas Brochas: Benedic & tollā illud. Dicit ei rursus Anatolius stomachās. Benedictus dominus. Apprehendit ille trabem, solusq; leuauit de terra, & imposuit humeris suis, abiitq; cum illa ad cellulā suam. Stupore autē percussus Anatolius in eo quod factum fuerat, insigni praelarōq; miraculo, largitus est ei lignum illud, ex quo nō solum cellulā suam operuit, sed & alia plurima ministeria exercuit.

*Vita compendiosa Sancti Iohannis Chrysostomi,  
Patriarcke Constantinopolitani.*

C A P V T C X C I.

**D**icebant de Sancto Ioanne Constantiropolitano Archiepiscopo, qui iuste & dignitatem pro puritate doctrinae, & splendore vniuersissimi eloquij Chrysostomus cognominatus est, quod ex quo salutarem baptismum accepisset, nūquam omnino iurauerit, neq; aliquem iuratum compulerit, neq; mentitus sit, neq; alicui vnquam maledixerit, neq; scurrilia locutus sit, neq; iocos admiserit.